



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio quinta. Vtrum necessarium sit ponere intellectu[m] agentem esse aliquam potentiam animæ nostræ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

Lib. I. Distinctio III.

re, tales actus possunt esse ab eodem principio absoluto ordine quodam, vel unus mediante altero, sicut sol per eandem lucem illuminat aërem & illuminando calefacit tales autem actus sunt intelligere & velle, et vniuersaliter cognoscere & appetere, propter quod possunt esse ab eadem natura aboluta.

22 Ad secundum rationem dicendum q̄ secundum vereitatem & intentionem Augustini tantum differt memoria ab intelligentia sicut intellectus à voluntate, q̄ autem philosophus nec sic fecit mentionem eorum diversitate, causa potest esse quia actus memorie si sit, tenere speciem, sicut quidam dicunt, videtur q̄ secundum genus esset communis rebus inanimatis quae aliquas formas in se retinent, propter quod minus videtur esse actus animæ quā intelligere & velle. Et ideo de differentia memorie ab intelligentia quae sit per respectum ad suos actus non curauit philosophus facere tantam mentionem.

23 R A T I O N E S principales quæ sunt pro hac conclusione concedendæ sunt. Ad rationes autem in contrarium dicendum, q̄ philosophus distinguit appetitum contra sensum & intellectum, non quia inter se differant per naturas absolutas, sed propter diversitatem actuum, qui cu[m] principientur ab eadem natura absoluta ordine quodam illa fortior nomina plurium potentiarum propter plura litterata actuum quorum est principium.

Q V E S T I O Q V I N T A .  
Vtrum ponendus sit intellectus agens in anima,

*Tho. i. p. q. 49. ar. 3. Ad idem est intentio*

*Ariostelis. 3. de anima.*

A D tertium sic proceditur. Et videtur q̄ necessarium sit ponere intellectum agentem partem animæ nostræ, quia operatio arguit formam secundum commentatorem, sed nos experimur nos abstrahere formas viles quod est opus intellectus agentis, ergo in nobis est intellectus agens.

2 Item obiectum præexistit actu potentiæ cuius est obiectum, sed velle est obiectum intellectus possibilis, ergo præexistit actioni intellectus possibilis, sed non potest præexistere nisi fiat per operationem alius potentiæ animæ, quia res de se non est viles, nulli autem potentiae attribuitur, quod faciat utilitatē in rebus nisi intellectui agenti cui commentator attribuit hanc operationem super priam procenium de anima.

3 IN CONTRARIUM arguitur, quia si oportet ponere intellectum agentem, hoc est ut vel est per principium possiblum & recipiū actus intelligendi, vel ut est per principium actuum, propter primum non oportet, quia ad illud ordinatur intellectus possibilis, nec propter secundum, quia intelligere est operatio manes in agente, ut patet ex. 2. Metaphys. ergo non est aliud actuum à recipiō, quia intellectus possibilis sufficit & omnis alius intellectus superfluit.

4 R E S P O N S I O , quia potentia innescunt per actus, operatio etiā fecit formam vt assumptum est in arguendo, ideo si necessarium est ponere intellectum agentem hoc erit propter aliquam operationem eius necessaria ad actum intelligendi, operatio autem intellectus agentis non potest intelligi nisi in fantasmata vel nisi in intellectu possibilem, sed nec in fantasmata nec in intellectu possibili habet aliquam actionem vt declarabitur, ergo fictitium est ponere intellectum agentem.

5 Assumptum probatur quantū ad vtrāq; partem. Et primo q̄ non agat in fantasmata, quia si intellectus ageret in fantasmata hoc est ut aliquid imprimendo vel aliquid abstrahendo, sed intellectus agens nec imprimit aliquid in fantasmata, nec aliquid abstrahit ab eis, ergo nulla modo agit in fantasmata, minor probatur secundum duas partes quas habet. Et primo quātum ad primā partem, s. quod non agat in fantasmata eis aliquid imprimendo primo sic, omnis virtus que recipitur in corpore & nec ipsa nec eadem secundū speciem, potest esse nisi in corpore est mera corpore non obstante quod ipse sit esse etiā a spiritu creatus, vel increatus, sed quæcunq; virtus impressa phantasmatis ab intellectu agente est in corpore, ut de patet, & ipsa nec eadem secundum speciem potest esse nisi in corpore, quia in corpore & spiritu nulla est cōmuniis proprietas recipiēdī aliquid vnum & vniuersaliter.

& Quæstio. V.

27 cum, ergo illa virtus si qua est mera est corporea, sed per ralem virtutē non potest mouere phantasia intellectum possibilem cum sit pure corporea ea ratione qua non potest secundū se, ergo talis virtus frustra ponitur, cum tota ratio ponendi ipsa sit, vt ipsa sit phantasmatis ratio mouendi intellectū possibilem, maior patet quia de re est judicandum potius q̄ sit corporea vel incorpore, ex hoc quod natura rei requirit quām ex agēte extrinseco. Id est æquiuoco à qua quādōq; potest produci tam corporeum q̄ incorporeum, minor declarata est, quare, &c.

6 S E C U N D O quia si angelus nō potest in materia corporali imprimer formā immediate, videretur q̄ multo minus hoc posset intellectus agens, phantasmatum autem est quid corporeū, ergo intellectus agens nullā formā potest phantasmatis imprimer; & sic patet primum membrum minoris propositionis, scilicet q̄ intellectus agens non agit in phantasmata aliquid imprimente.

7 S E C U N D A pars probatur, scilicet q̄ intellectus agens non agit in phantasmata aliquid abstrahendo, vel remouendo, quia illa abstractio vel ester realis, vel secundū rationem, non realis quia talis realis abstractio, vel ester realiter separatio alicius praexistenti actu in phantasmatis, sicut abstrahitur vel separatur lapis ab altero lapide, vel sicut separatur accidentes à subiecto per corruptionem accidentis, vel alio modo virtute diuina, vel talis abstractio vocaret eductio alicuius de potentia ad actum sicut forma dicitur educi, vel abstrahi de potentia subiecti. Primum nō potest dici, quia nihil est actu in phantasmatis quod destinat in eis esse ad presenti intellectus agentis, nepp̄ per corruptionem negat per translationem ad intellectum possibilem tanq; prius est in phantasmatis & potest in intellectu possibili, quia forma non migrat de subiecto in subiectum, nec secundum potest dici, quia cūn aliqua forma educitur de potentia in actu, ipsa educita est in illo tanq; in subiecto de cuius potentia educitur. Si ergo intellectus agens de potentia passiva phantasmatum educerat aliqua formam sive ester species intelligibilis sive quæcunq; alia forma ipsa educita est in phantasmatis sicut in subiecto, & ita intellectus agens ageret in phantasmata aliquid imprimente scilicet formam illam quam educeret, & sic rediret primum membrum immediate prius reprobatū. Talis ergo abstractio non potest esse realis.

8 Item nec talis abstractio potest esse secundum rationem solum, quia omnis actio rationis est cognoscens circa cogniti obiectum intellectus, sed agens nō agit circa phantasmata sicut cognoscens circa cognita, quia nec in intellectus agens phantasmata cognoscit, nec sua actio est cognitio, immo presupponit omni cognitioni intellectus secundū ponentes ipsam, ergo sua actio circa phantasmata non est abstractio secundum rationem, nullo ergo modo agit in ea nec aliquid imprimendo nec aliquid abstrahendo, neque secundum rem, neque secundum rationem.

9 Item ad quid fieret talis abstractio, non vt representaret quidditas intellectui absq; conditionibus induviduantibus quod dicit ponentes intellectum agentem age se circa phantasmata abstrahendo.

10 Dicunt enim quod illud facit intellectus agens circa quidditatē & phantasmata separando, & abstrahendo ea secundum rationem quod dicebat Plato fieri circa ideas secundū rē. Et ideo sicut idea separata secundū rē ab indū materialibus est ēr secundū se intelligibiles vt posset Plato, sic quidditas secundum rationem à phantasmatis & conditionibus induviduantibus efficiunt secundū se intelligibiles ut isti dicunt.

11 Sed istud nihil valet, primo quia nullo modo ostendit quomodo intellectus agens separaret secundū rationem quidditatē à conditionibus induviduantibus sub quibus representatur in phantasmatis. Et ideo illa facilitate qua hoc dicunt potest etiā negari, maxime cum probatū sit q̄ talis abstractio non potest fieri per intellectum agentem cum actio eius circa quidditatem & phantasmata non sit intellectio.

12 Quod etiam patet secundo ex alio, quia stante rei impedimentois alicuius actionis impossibile est sequi actionem vt patet in trabe impediēte descensu lapidis, &

D 3 tene

**Magistri Durandi de aerbris impediētibus visis.** Quādiū enī trabs manet sub lapide, & tenebrae sunt in medio, nec lapis potest descendere, nec oculus videre, sed illud quod impedit representationem quidditatis vniuersaliter est materialis, & induit dualis conditiophantasmatiū vt ipsimet dicunt. Cum ergo illud nunq̄ amoueat à phantasmatis per quancū actionem intellectus agentis, nec per illam abstractionē rationis quā ponunt, sequitur q̄ phantasmata per ralem abstractionē nūnq̄ poterunt representare quidditatem vniuersalem sed semper sub conditionib⁹ singularibus. Alter autē non representaretur quidditatis intellectui nisi per phantasmata secundum istos, quia non ponunt q̄ à phantasmatis abstrahatur aliqua species q̄ sit repräsentativa quidditatis, ergo talis abstractio nō sufficit ad representandum quidditatem vniuersalem.

**13 T E R T I O,** quia consequentia quam faciunt nulla est. Non enim sequitur separatio realis quam ponebat Plato sufficiat secundū ipsum ad fingendū ideas per se intelligibiles, ergo separatio rationis quā tu ponis sufficit ad faciendū quidditatē per se intelligibilem, sicut nō sequitur realis amotio trabs sufficit ad hoc vt lapis descendat, ergo amotio eius secundum rationem sufficit ad illud idem. Sic ergo patet quod intellectus agens nō agit in phantasmate aliquid imprimendo, nec aliquid abstrahendo. Ergo nullo modo.

**14** Sed diceret aliquis q̄ hēc diuisio sit insufficiēt quia intellectus agens agit in phantasmata dando ei virtutē mouendi intellectum possibilem non quidē aliquid imprimendo nec abstrahendo, sed solum asistendo & ponitur summe, quia lumen dat colori virtutē mouendi viuum, & tamen nihil imprimit colori nec à colore aliq̄ abstrahit sed tantum asistit, et eodem modo potest esse circa intellectum agentem & phantasmate ut videtur.

**15** Istud autē est mirabile q̄ aliquid det alteri virtutē & tamen non influat, nec impedimentū tollat sed solum asistat. Hoc enim videtur implicare contradictionē scilicet q̄ det virtutē nihil dando, sed & exemplum procedit ex ignorantia, lumen enim nō requiritur ad videndū propter colorē vt det ei virtutē mouendivisum cū color ex habeat virtutē, sed propter medium & organū que nō sunt susceptiva actionis coloris nisi sint illuminata, vel ex alia causa. Et ideo non est mirum si ex falso afflumplo conclusum est aliud falsum. Non ergo oportet ponere intellectum agentem ex actione eius circa phantasmata, quia nulla est vt probatum est, & hēc est prima pars principialis deductionis.

**16** Secunda pars principalis videlicet quod non sit necesse ponere intellectum agentem propter aliquam actionem eius in intellectum possibilem, pater sic quod actionis eius in intellectū possibilem non potest intelligi nisi duo bus modis. Primo sic q̄ intellectus agens solus agat in possibilem, phantasma autē nihil agat nec coagat, sed solum se habeat obiectum. Secundo sic q̄ tam intellectus agens & phantasma agant in intellectum possibilem tanquam duo imperfecta agentia supplentia vicem viuiū perfecti agentis, ad cuius declarationem dicunt q̄ duo agentia possunt tripliciter concurrere ad aliquid faciendum. primo quādo viuum influit in alterum, & illud alterum agit per illud quod est sibi inflatum, sicut sol illuminat lunam, & luna per lumen receptum à sole illuminat aērem.

**17** Primum non potest dici scilicet quod solus intellectus agens agat in possibilem & phantasmata nihil omnino agant, sed solum se habeant obiectū vel terminatiū, quia si ad cognitionem non requiritur quod obiectū mouendū vel representans ipsum aliquid agat in potentia, sed solum quod ei representetur cum sensus sufficiat ad apprehendendum obiectū sibi propositum fine alio mouente, nō video quare intellectus nō sufficiat ad illud idē absq̄ hoc q̄ præter obiectum sibi propositum ponatur in intellectus agens mouē ipsum, nisi redeatur ad illud quod phantasmata nō sufficienter representant obiectum intellectū possibili nisi per actionem intellectus ageris circa ipsum, sed hoc non agitur nunc quia actum est supra, sed solum nūc queritur de operatione intellectus agentis in possibilem an sit necessaria ad actum intelligendi supposita præsentia obiecti, & patet quod non, sicut ad sentendum non requiritur aliud agens, sed tantum præsentia obiecti.

**18 I T E M, I D E M** manens idem, & respectu eiusdem semper natū est facere idem, potissime si agat ex ne-

### **Sancto Porciano**

cessitate naturae vt paret ex secundo de Generatione, sed intellectus agens agit ex necessitate naturae & manet semper idem secundum se & in habitudine ad possibilem quartumq̄ phantasma, quod est obiectum intellectus, valet, ergo ab initio creationis anima semper fecit idem in intellectu possibili non obstante diversitate phantasmatum quod ei obiciuntur, quia illa nō agunt, nec coagunt secundum hanc opinionem. igitur per viuum intelligere numero tūtū ab intellectu agere intellexit intellectus ab initio, & semper intelligit omnia sibi representata, quod est inconveniens.

**19** Item illud quod semper præexistit ad effectum est causa eius propinqua vel remota, sed phantasma præexistit semper intellectione, ergo est causa eius propinqua vel remota. Patet ergo q̄ primus modus nō est possibilis scilicet q̄ intellectus agens agat in intellectum possibilem phantasmata nihil coagere.

**20** Et ideo quidam ponunt secundum modum scilicet quod tam intellectus agens quād phantasmata agunt in intellectum possibilem tanquam duo imperfecta agentia supplentia vicem viuiū perfecti agentis, ad cuius declarationem dicunt q̄ duo agentia possunt tripliciter concurrere ad aliquid faciendum. primo quādo viuum influit in alterum, & illud alterum agit per illud quod est sibi inflatum, sicut sol illuminat lunam, & luna per lumen receptum à sole illuminat aērem.

**21** Secundo modo quando viuum nihil influit in alterum, nec econuerſo, sed viuum causat dispositionem & reliquam formam principalem, sicut mollificans ceram disponit materiam & impressum sigillum vel ipsum sigillum impressum introducit principalem formam scilicet figuram, & sic concurrunt hæc duo ad figurādum ceram. Tercio modo quādo nec viuum influit in alterum, nec viuum causat dispositionem, & reliquam formam, sed sicut duo imperfecta agentia quorū quodlibet habeat de virtutē agentis sed imperfectam, iuncta autem simul supponit vicem viuiū perfecti agentis, sicut est de duabus trahētibus næuem quorum neuter per se sufficeret. Et isto modo concurrunt intellectus agens & phantasmata ad caufandum in intellectu possibili viuum speciem numero, vel viuum actum intelligendi, quia nec intellectus influit aliquid phantasmati, nec contra circa primū modum, nec viuum causat dispositionem & reliquam formam principalem circa secundum modum, sed virobius habet de virtutē mouendi intellectum possibilem quodlibet tamē habet per se imperfectam. Ambo autem simul & equilibre viū perfecti agenti, quod enim intellectus agens habeat de virtutē mouendi possibilem omnes concedunt, de phantasmata autem q̄ similiter se habeat, patet per illud quod dicit Philos., de Anima q̄ sicut se habent colores ad viuum, sic phantasmata ad intellectum, quod non eset nisi phantasmata de se haberent aliquā virtutem mouendi intellectū saltem imperfectam.

**22** Hæc autem non videntur bene dicta. Primo quia nihil probatur, sed assumitur illud quod queritur. Supponitur enim in hac response q̄ sit dare intellectū agentem qui in se habeat virtutem mouendū intellectum possibilem, nos autem hic quarumvis virū videlicet ex aliqua operatione posuit conuinci intellectū agentem esse partem animæ nostræ.

**23** Secundo quia per omnē modum & omnē rationem quibus isti ponunt intellectum agentem esse & viā cum phantasmata agere in intellectum possibilem potest ponit quod sit dare sensum agentem qui viā cum obiecto sensibili agat in sensum paissium quod nō ponitur comuniter, ergo nec illud debet poni, aur eadem sit ratio q̄ virobis patet si quod sola phantasmata sine intellectu agente non sufficiant ad mouendum intellectum possibilem ad actum intelligendi hoc est vel propter excessum perfectionis actus intelligendi respectu phantasmatum, vel quia phantasmata cum sint corporalia nō possunt secundū se agere in intellectū qui est potius pure spirituālis, vel quia secundum se nō possunt representare vniuersale quod primo apprehenditur ab intellectu. Si primū detur, eadem ratio est de sensibili respectu sensus, quia si cut intelligere est quādā forma altioris gradus quādā quo-

Lib. I. Distinctio III.

quodcumq; phantasma, sic sentire est altioris gradus q; sit quicunq; qualitas sensibilis propter quod similis, nec sensitas est q; si præterphantasma requiratur aliud ad mouendum intellectum posibilem, & q; præter qualitatem sensibilem requiratur aliud ad mouendum sensum ad actum sentiendi, & si illud aliud sit ibi intellectus agens, pari ratione & hic sensus agens.

24 Secundum autem non possunt ipsi dicere quia ponunt q; phantasma agit in intellectum posibilem, non per virtutem receptam ab intellectu agente, sed per propriam virtutem quamvis imperficiam. Et idem dicunt de intellectu agente.

25 Nec tercia potest dici, quia phantomata secundum se non representant nisi singularia. Nec secundum hanc opinionem intellectus agens aliquid inficit phantasmatibus, ne aliquid afferat ab eis sed solum coasit. ergo phantomata ratione intellectus agentis non plus representant vniuersale quam sine eo, nisi ipsem intellectus agens ipsum representaret quod nullus dicit. Illud autem quod invenitur videlicet q; primum intellectum a nobis est unus vniuersale siue fit verum siue falsum, contradicit cuidam dicto istorum, dicunt enim alibi q; conceptus vniuersalis sumitur ex hoc q; intellectus noster apprehendit conformatem vnius singularis ad alterum, & sic secundum eos prius concipiuntur singularia & conformitas eorum ad inuicem quam habeatur conceptus vniuersalis, non ergo concipiatur primo vniuersale.

26 Patet ergo ex praecedentibus, q; sicut non ponitur sensus agens qui cū obiecto causet actum sentiendi, sic non oportet ponere intellectum agentem ad hoc vt cū phantomata moueat intellectum posibilem ad actum intelligentiam tanq; duo imperfecti agentia supplentia vicem vnius perfecti agentis. Cum ergo intellectus agens non agat in phantomata aliquid imprimendo vel aliquid abstrahendo, neq; secundum rem, neq; secundum ratione, nec agat in intellectu posibilem, nec sine phantomate nec cum phantomata vt deductum est, videtur q; non debeat ipsum ponere, nec Augustinus magnus philosophus vnuquam posuit ipsum vt prius dictum fuit.

27 Ad primum argumentum in oppositum dicendum quod abstrahere vniuersale q; singularibus non est operatio intellectus agentis. Sicut commentator hoc dicat errans quia talis abstractio est solum secundum considerationem. Et ideo opus illius potentie est cuius est considerare, quod non conuenit intellectui agenti sed possibili. Si tamē possibilis debet dici vbi aliud agens non est.

28 Ad secundum dicendum per interemptionem mihi, quia vniuersale, id est, ratio vel intentio vniuersalitatis aut res sub intentione vniuersalitatis non est primum obiectum intellectus nec præexistit intellectioni, sed est aliquid formatum per operationem intelligenti per quare secundum considerationem abstrahitur a conditionibus individuatis, in qua operatione intellectus abstrahens habet pro termino a quo singularia a quibus abstrahit, & pro termino ad quem ipsum vniuersale abstrahit, & quia terminus a quo præcedit terminum ad quem, ideo consideratio singularium præcedit vniuersali abstractum ab ipsis iuxta illud, primo de Anima. Vniuersale autem nihil est, aut posterius est.

29 Istud autem magis declarabitur alibi, quod postea dicitur de intentione Aristotelis, dicendum quod quicquid ipse intenderit, de quo non est tantum curadum sicut de veritate, tamen ratio quam ad hoc adduxit parum valet. Non enim oportet q; in omni natura quae quādōg; est in potentia & quandoq; in actu sine principium actuū & principium passuum tanquam dux potentie eiusdem suppositi radicante in eadem essentia secundum numerum, ita quod per talen poteriam actuā & passuum reducatur in actu, sed sufficit q; poterīa passiuā reducatur in actu per aliquam potentiam actuā, siue sit eiusdem suppositi siue alterius. Illa etiam ratio quādōg; concludit quod sit dare sensum agētū sicut intellectum agentem, quia sensus quandoq; est in potentia ad sentiendum, & quandoq; in actu sicut intellectus ad intelligendum.

& Quæstio. I.

Sententia quarta distinctionis tam in generali quam in speciali.

Distinctio quarta.

**H**ic oritur quæstio. Superioris Magister probauit triā ratem periorum & vniatrem essentie auctoritate, rationibus, & similitudinibus. Hic incipit questiones incidentes ei, ca predicta determinare, præmiserat enim supra distingue personas vel processionem vnius ab aliis, vnde circa processionem vnius ab alia quæstiones mouet & determinat. Et secundum hoc pars ista diuiditur in tres partes, quia primo mouet quæstiones circa processionis suppositum vel termina. Secundo circa processionis modum. Tertio circa processionis principium. Secunda pars incipit. d. dicitur. Præterea ibi queri solet. Tertia in principio dicitur ibi hec solerā quibusdam. Est autē scđum q; licet Magister mouet has quæstiones de generatione filii à patre, tamē ex dē quæstione posuit fieri de processione spiritus sancti & determinavit eodem modo. Prima potest diuidi in duas, primo enim ponit quæstionem de nominibus essentialibus in concreto vtrum scilicet possint significare vt suppositum generationis an vt finis. Secundo mouet quæstiones de nominibus essentialibus in abstractione significantibus ibi post hoc queritur. Prima vero est præsentis lectionis. Et diuiditur in tres partes. Primo enim præmittit hanc quæstionem, vtrum hæc sit vera, Deus genuit Deum. Secundo excludit circa hoc incidentem opinionem. Et tertio obicit in contrarium circa determinationem. Secunda ibi. Nunc autem ad præmissam quæstionem reuertar. Prima diuiditur in duas partes, secundum quod dupli via oponit. Secunda ibi. Sed ad hoc opponitur. Et hæc est sententia Magistri in generali.

**I**N S P E C I A L I sic procedit Magister, inquirit vtrum hæc sit vera, Deus genuit Deum. Et videtur quod non. Si enim Deus genuit Deum aut ergo se aut alium. Si se, tunc ergo id est generans & genitus, quod est impossibile. Si alii ergo in diuinis sunt plures dñi. Et responderet Magister q; Deus genuit Deum nō tamē se nec alii in diuinitate, sed alii in persona. Postea opponit ad quæstionem alia via. Si enim Deus genuit Deum, aut Deum qui est Deus pater, & sic genuit se, aut genuit Deū qui nō est Deus pater. Et responderet q; illa propositio habet duos sensus, videlicet, uno modo vt sit sensus genuit deum qui non est Deus pater, id est Deum qui nō est pater, & sic est vera, vel sic, genuit Deū qui nō est idē Deus cū Deo patre & sic est falsa, quia in diuinis est vnu solus Deus. Postea incidentaliter excludit quorundam opinionem. Supponeret enim in predicta solutione quod personale nomine prædicatur de essentiali vt dicatur Deus est pater. Quidam tamē sunt in contrarium opinati, dicunt enim quod hæc est vera, tres personæ sunt vnu Deus non tamē econuerso. Sed Magister dicit quod secundum fidem catholicam vtrumq; est vera. Quod probat per multis autoritatibus. Vtimo contra determinationē praecedentis quæstionis obicit per auctoritatem Aug. qui dicit q; pater genuit alterum a se. quod videtur contra solutionem predictam, & Magister responderet q; hoc sit intelligendum & genuit alterum a se, id est, alterum qui est idem in natura cum ipso, sed alter in persona, & in hoc terminatur sententia in speciali.

QVAESTIO. PRIMA.

Vtrum in diuinis sit generatio.

*Tho. 2. p. q. 27. q. 1.*

**C**irca distinctionem istam queritur primo, vtrum in diuinis sit generatio. Et secundo de propositionibus exprimitibus diuinam generationē. Ad primam sic proceditur. Et arguitur q; in diuinis non sit generatio, quia à quo remouetur superior & inferior, sed mutatio superiōr est ad generationem, ergo cum in diuinis non sit mutatione, videtur q; nec generatio. Item si in diuinis esset generatio, illa esset æquiuoca, vel vniuoca, sed non est æquiuoca nec vniuoca, ergo &c. probatio minoris. Et primo quod non sit generatio æquiuoca, quia secundum Aug. in filio est perfecta ratio imaginis, quia in eo nulla est dissimilitudinem, sed generatio æquiuoca excludit perfectam si